Quam sententiam et decretum praesens pars citta pro iure non suscepit nec in eodem acquiescere voluit verum ab eo et cum eodem Illustrem et Magnificum Joannem Firlei de Dambrowica Lublinen[sis] n[ost]r[u]m Capitaneum ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinen[sis] proxe cellebran[da] per Ministerialem Generalem Regni Nobilem Joannem Zalesky movit seu appellavit terminum ipsi sententiae expurgandae sibi vero et parti motionis et causae suae prosequen[dae] inter causas Pallatus Lublinen[sis] praefigen[do]

Quam motionem praefatus Magnificus Capitaneus Lublinen[sis] parti citta admisit terminum partibus modo praemisso inter causas Pallatus Lublinen[sis] conservando.

Inter Iwanowski et Slupecki Motio.

Proposuit Judicialiter coram Judicio praesenti Capli Castren[sis] Lublinen[sis] Generosus Nicolaus Iwanowski actor contra Gnosum Samuelem Slupecki cittore literali Capli Castren[sis] Lublinen[sis] cittum cuius tenor est talis.

Joannes Firlei de Dambrowica Lublinen[sis] n[oste]r Capitaneus Tibi Gnoso Samueli Slupecki de persona bonisq[ue] tuis omnibus vigore Regio et n[ost]ra aut[horita]te Capneali ex officio Mandamus quatenus coram Judicio nostro Capli in termino Judicialibus in Castro Lublinen[sis] feria secunda post festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxe cellebran[do] aut dum et quando eiusmodi termini Judiciales ab hinc proximus cellebrabuntur Ad instanciam Gnosi Nicolai Iwanowski de Karski pers[onalite]r et peremptorie compareas Qui te non derogando actioni tibi ad Comitia Regni institutae citat pro eo quia tu una cum Gnosis Hermolao Ligeza et Magnifico Nicolao Spytek Ligeza Castellano Zarnovien[sis] Biecen[sis] Zidachovien[sis]q[ue] n[ost]ro Capneo ac alijs tuis complicibus tibi de nomine et cognomine melius notis cum quibus salva et specialis

manet

manet actio spreta authoritate legum ac superioritate Sacrae
Regiae Maiestatis ausus es congregare militum tam equitum quam
peditum aliquot Centena cum tormentis Bombardis maioribus
fato Sahowicicam cum vexillis timpanis ac alio apparatu bellico
cum eoque exercitu bona villae Ostrow ac praedium ibidem eiusdem
mansionis et possessionis actoris ibique eundem pace publica assecuratum
Incipiendo a Festo Sancti Joannis Baptistae usque ad festum Beatis-
simae Virginis Mariae die noctuque oppugnare curiam praedictam invadere
violare et obsanguinolare Quo facto securitatem publicam violasti
per quod poenas legibus Regni contra invasores domos sancitas de-
meruisti ac in eas incidisti ideo citaris ad videndum et audiendum
easque super te decreto Judicij nostri extendi ad praemissaque Justitia
responsurus Datum in Castro Lublinensi feria Secunda post Dominicam
Exaudi proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Duodecimo.
Et post propositionem suam modo praemisso factam deducto parti
citatae termino de termino contentibus citationis suae verificatis petijt
partem citatam ad respondendum compelli
Ex adverso citatus forum actorem et actionem pro competentibus non
agnoscendo imo salvas exceptiones [illegible] dictiones [illegible] et omnia
remedia et patrocinia iuris sibi reservando declaravit se forum
praesens in causa assenta parti non posse nec teneri ex his ratio-
nibus Prima quod actio civilis sit cum etsi ex materia civili
negotioque legibus et Constitutionibus Regni non quadrante promanat
praesertim quod sine ullo titulo et competentia agendi dirigatur
Altera quod citatus in iurisdictione praesenti nec bona sua terrea habeat
nec resideat ita quod tam ratione bonorum suorum quam residentiae
in alio Pallatu utpote Sandomiriensi habitet praesenti foro subesse
nequit. Nam in quantum exequo fieri debeat non licere Capitaneo
in eam se ingerere Quod attinet rationes actoris de loco excessus
asserti hae dissolvuntur non ad causam ipsam spectant sed ad dedu-
cendum sententiam iuxta expressa verba Constitutionis Quare ex his et alijs
rationibus tunc deductis et in post deducendis se liberandum a foro pronun-
ciari petijt reservat reservandum ut supra.
Actor vero refutando exceptiones citati tanquam iniuridicas deduxit
citatum forum in Judicio praesenti habere siquidem crimen in Pallatu
Lublinensi et Districtu Lublinensi eveniendo patratum est ius quoque commune
docet in quo Pallatu crimen patratum ibique coram Judicio Terrestri sive Castrensi
respondere tenetur petens ut Judicium praesenti foro adinvento decernat

eidem procedere reseruatis reseruandis.
Et Iudicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense controuersiis partium Actoris per se personaliter citatae vero per Nobilem Albertum Dmochowsky eiusdem plenipotentem suum coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis eo attento Quoniam sub iurisdictione praesenti excessus patratus esse asseritur ideo foro admiuento decreuit cittos ulterius procedere.
Quam sententiam et decretum praesens pars citta pro iure non suscepit nec in eodem acquiescere voluit verum ab eo et cum eodem Illustrem et Magnificum Ioannem Firlei de Dabrowica Lublinensem Capitaneum ad Iudicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublinensis praecellentiam ver Milem Gnalem Regni Nobilem Ioannem Zaleski monuit seu appellauit terminum ipsi sententiae expurgandae sibi vero et parti motionibus et causae suae prosequendis inter causas Pallatinatus Lublinensis praefigendo.
Quam motionem praefatus Magnificus Capitaneus Lublinensis parti citae admisit terminum partibus modo praemisso inter causas Pallatinatus Lublinensis conseruando.

Inter Iwanowsky & Ligeza
Scrutinium

Proposuit Iudicialiter coram Iudicio praesenti Capitli Castrensi Lublinensi Generosus Nicolaus Iwanowsky Actor contra Generosum Hermolaum Ligeza cittone literali Capitaneali Castrensi Lublinensi cittum cuius tenor est talis.
Ioannes Firlei de Dabrowica Lublinensis Capitaneus Tibi Generoso Hermolao Ligeza de persona ac bonis tuis generaliter omnibus vigore Regio et nostra authoritate Capitaneali ex officio Mandamus ut coram nobis in Terminis nostris Iudicialibus feria Secunda post festum Sancti Ioannis Baptistae proxima aut dum et quando eiusmodi termini nostri Iudiciales ab hinc prius et proximius cellebrabuntur Ad instantiam Generosi Nicolai Iwanowsky legitime et personaliter compareas Quia te inhaerendo constitutionibus Regni citat ad deducendum contra te scrutinium testesque idoneos contra te moueri et hoc iure per te et tuos complices post habitis legibus regni congregata cohorte militum tam equitum quam peditum cum tormentis bombardis maioribus ac sclahowniczami et minoribus cum vexillis timpanis ac alio apparatu bellico cum ipsoque exercitu in bona villae Osterow ac Pelczin ibique sittam mansionibus

et propriis